Anno á partu Virginis millesmo quincentmo decimo nonis Decembris sedente in Apostolica Sede Iulio 2.º Pontifice maximo, et in his Regnis Ferdinando 5.to Dei gratia Clementissimo, et Catholico Rege, et nra Sanctæ Cathedralis Ecclie Hispalen Patrono. Nos N. Archieps, Decanus, et Capitulum eiusdem S. Ecclie Cathedralis ad infrascripta more solito pró maiori Dei gloria, Ecclie tranquillitate, et futurorum monumento legitime congregati; ut ea quæ ad rationem attinent uillicationis nostræ, quantum ex nobis est felici regimine gubernent, et uotiua in dies suscipiant incrementa sedulo cogitare nos conuenit; dissidia tamen, et dispendiosas questiones hinc inde exortas, pró uiribus sedare, propentior, et magis peculiaris cura nos urget.

Cum itaque á nobis, et iam pridem á Prædecessore nostro excitata fuerit controuersia super iure uisitandi antedictam Eccliam Cathedralem, quam Visitationem ad nos iure deuolutiuo; quoties infrá tempus conueniens á Visitatoribus Capitularibus expleta non fuisset; pró ea uice spectare putauimus: Reluctantibus tamen Venerabilibus fratribus de Capitulo, ex éo, quod in Statutis fundamentalibus anni 1261. et alijs posterioribus Concordijs auctate Apostolica, ueluti per uerba indefinita conceptis, nullum tempus præfinitum extiterit; de super his non semel consulta Sancta ~~Sede~~ Sede, apud quam supplicante par

pariter pro bono pacis Serenissimo, et Catholico Rege hu
unanimi consensu nro, sublato omni dissentionis fo
mite, decisio, et resolutio difficultatis, seu' honesta
concordia commissa Rev.mo et Ill.mo D. L. tituli S.
Mariæ in Cosmedin Diacono Cardinali de Aragonia
per quem demum discussis, et hinc inde iuribus accu
rate' perpensis, in hunc modum pronunciatum, statu
imus.=

1.o Statuto anni tempore eligantur visitatores a Capitu
lo; et peracta electione huiusmodi, denuncientur
Archiepiscopo, qui valeat solemni ritu absolu
tionem, et benedictionem defunctorum explere; in
deque adiuncto Capitulo, visitare Sanctissimum
Eucharistiæ Sacramentum; reliqua vero' omnia
per se ipsos visitent Capitulares.

2.o Si completo anno a' die electionis huiusmodi, ob
negligentiam, visitatio integre' peracta non fuerit
ea vice visitandi munus devoluatur, et devolutum
censeatur ad Archiepiscopum, etiam quoad mo
rum correctionem.

3.o Ab ordinationibus, et decretis concernentibus
formalem statum Ecclesiæ, et administratio
nem Sacramentorum, si contingerit grauamen
appellatio facienda sit ad Archiepiscopum;
quo

quoad vero statum materialem, quod propriè est onus Capituli, ad Judices Capitulares.

4.º Quoad reliqua, servent. Statuta fundamentalia, quibus nullatenus derogatum intelligat., exceptis premissis.

Quare obtenta desuper, specifica confirmatione, et approbatione Sanctæ Sedis per Litteras in forma brevis Beatiss.mi D. Julij Papæ Secundi incipit = ad dirimendam & cum omnibus clausulis derogatorijs, et opportunis sub datum Romæ apud S. Petrum Idib. Augusti currentis anni 1510. Pontificatus eius anno VII. Nos qui supra Archiepiscopus, Decanus, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Hispalen., prefatam concordiam et declarationem, ac omnia, et singula, quæ continent. in ea, tanquam Laudabilia, et rationi congrua acceptavimus, et iuramento firmavimus, prout ex nunc pro tunc, et in futurum, tam pro nobis, quam Successoribus acceptamus, et per Sancta Dei Euangelia iuramento firmamus ac nullo unquam tempore, quavis occasione impugnare, promittimus etiamsi mutato rerum statu, nova super hac, emergente difficultate, exigerco. provisio Actum Hispali die qua sup.a eiusdem mensis, et anni

A. Archiepiscopus

A. Decanus.

Quas

Quas quidem declarationes, ordinationes, et Apostolicam
confirmationem originaliter mihi Pub.co Notario tradi-
tas, ac per me ipsum de verbo ad verbum lectas, et
publicatas, indeque coram me a Rev.mo Archiep(iscop)o,
et Venerabili Decano subscriptas, acceptatas, et
Juratas, in forma publica extendi, et solito,
quo in his utor sigillo signavi, requisitus, et
in fidem &c. N. Notarius ——

Fateor, atque testor ego Notarius praefatum Instrumentum
Concordiae ut iacet per me fuisse bene, ac fideliter
extractum ex antiquo Libro visitationum, qui con-
servatur in Archivio Rev.mi Capituli Nigalen(sis) in
pag. [illegible], et facta collatione, concordat. In fidem &c.